aduenta perfectione et sanitate reducendi vitrum malleabile faciendi omnes lapi-
des preciosos figendi et finaliter summa medicina omnium corporum humanorum et
conseruandi in eis humidum radicale etc.

Incipit secretum secretorum de sanguine humano Cuius efficacia tanta est
ut plene explanari non posset Sed ergo in nomine domini de sanguine huma-
nis iuuenis etatis infra xxxv annos bene sanus non tempore pestis et ex hoc ele-
menta quolibet per se et obturata quibus elementis nec aer subintrat et reserua
et vitro cum auro potabili ut scis Aqua enim vi in omnibus egritudinibus tam
calidis quam frigidis eo quod occulte est nature quia complexione lapsa reducit
ad temperamentum et maxime passionibus viarum spiritualium valet Et repellit
venenum a corde Et arterias habet humectare et dilatare Et flegma in pul-
mone contentum sine molestia dissoluit et ipsum ulceratum non obstante quamuis
non consolidat et breuiter omnia contenta et coacta in pulmone et membris
spiritualibus purgat et ea purgata a corrupcione preseruat/ Sanguinem eciam ultra
omnem medicinam mundificat Item fluxum ventris a toto spiritu curat apostemata
et latus mire sanat Aer vero adoriam superdat plus vi quam aqua Et sanat iuuenes
in eadem fortitudine et pulchritudine permanere secundum virtutem eo paulatim et modi-
cum quantitate Et est quia tante virtutis quod nullo modo permittit sanguinem putrescere
nec flegma superhabundare nec coleram adhuc pura ultimo modo sanguinem et firma ampli-
cat pura virtutes eo sepe flegmone Insuper hec elementa venas et neruos aperit et si
quid in eis dormiens fuit ad temperamentum debitum deducit Insuper probatum
est quod iuuenis cum statum sue etatis sed in augmento oculos corruptos
habuit et si quolibet die de hoc elemento una gutta in oculo ponatur
et si se tenuerit in quantitate sine dubio pristinum visum reddit sibi visus
Item si in aliquo loco aliquid superfluum inuenit putrefactum uel aptum
putrefactioni statim dissoluit et tollit et si inuenit diminutum addit
Valet eciam hoc elementum contra appoplexiam Epilenciam scotomiam vertiginem
dolorem capitis et inguinis Et in omnibus istis debet administrari cum elemento appropriato
Ignis vero preciosior et admirabilior est adoriam superdat ad quod valet aer
et quod plus est de morte facit viuum intellige si in hora singultus
mortis detur de hoc igne ad quantitatem grani tritici et dispergatur cum vino
ita tamen quod guttur transeat statim reuiuiscit homo et ingreditur cor
subito expellendo humores superfluos et cum hoc viuificat ipsum ca-
lorem naturalem ipsius corporis Ita quod qui per horam unam infirma potuit
loqui de disposicione sua et ipsius testamento et confessione/ et per
hunc modum feci et videbam fieri mirabilia apud dominum comitem
qui moriturus iacebat et statim cum hec medicamine assumpsit confitebatur
debitum suum et inita contricione post horam exspirauit et hoc apud quam
plures sum expertus Et si senes vtuntur hoc elemento omni die in parua
quantitate subleuat senectutem explanando corda eorum ita quod
puerilia corda possidebunt Et vocatur hic ignis elixir vite et si
elementa rata fuerint distillata iterum meliorantur in effectu
et si de terra vite quia homines ponit viue ad ultimum finem sue
vite et ad periculum absque aliqua infirmitate et egritudine et si reciperetur in
quantitate decima cum auro potabili sextuplo plus operatur quam cum sim-
plici vino et non fallit sine dubio et hoc nota